

Carchedo
nij descri-
ptio.

doniū. Quandoquidem optimus colore conspicitur medio inter Beryllū & Hyacinthum, accedente etiam leuicula quadam & subardente purpura, vt & proinde facilis sit suspicio coijſſe Beryllum cum Hyacintho. Ideo- que Carbunculis pallidior & subobſcurior viſitur, quanquam & Sole vel igne acrior excitetur. Dicunt etiam Carchedonios vmbra purpureos oſtendere, ſub dio verò flammeos videri, & ſoli expoſitos ſcintillare. Qui autem à Lotharingis paſſim circunferuntur rubri ſemper æqualiter conſpiciuntur, tantum abeſt vt prædictos gratia & proprietatibus adſequantur. Quãobrem ſpurium potiùs Lotharingum Carchedonium eſſe iudicauerim, vel omnino ignobiliorem eius quandam ſpeciem. Præterea commune omnibus Carchedonijs inuenio, quòd ceram ſignandam ſuo contactu ita quidem liquefaciant, vt eius adhærentē partem conuellant. Carchedonij (vt
in